



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

4. Cur noxia animalia co[n]diderit Deus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

quod Anno 1526. aduersus Oecolampodium edidit (qui se à Wil-  
helmo Gronensi docto Frisone probatæque fidei viro accepisse,  
testatur) Ludouicus Richeomus ita refert: *Is sacerdotem, ait, cheom, in  
quendam, cum, sub initium hyemis, Italianam versus iter ageret, niuis & Peregrino  
algorum adactus necessitate, dum in alpibus errabundus, mitiorem à Lauretanæ  
ventis, & niibus vallem reperire sperans, desiliisset, neque reducem,* cap. 138.  
*quaqua versum exitum compresisset, neque unde desiliuerat, propter alti-  
tudinem, ascendere potuisset, sub exesam, & propendentem rupem se se  
fame moriturum coniecerat, ac desperasse. Sed, ut erat luna plena, vi-  
di noctu serpentum diuersa genera, qui ad ipsius cavernam tendebant  
niue super repentes; exterritus hoc visu, muniuit se signo S. Crucis.  
 Neg, enim sibi persuadere statim potuit, naturales esse serpentes, nullam  
singere causam valens, quanaturaliter cogarentur, tali tempestate, an-  
tra sua exire, & sic per niues repere. Phantasma cum igitur nocturno-  
rum quandam credidit illusionem, aut spiritus forte malignos, qui tali  
specie simulata ad se inquietandum accederent. Rursum igitur signum  
Crucis sibi imprimens, commendabat se, toto mentis affectu, Deo ac  
Beatae Virgini. Serpentes rectâ versiss lapidem speluncæ sua vicinum  
contendebant, ibiq, aliquot factis reflexibus coperunt eundem lingere.  
 Ipse interim anxie eos respectans horam prestolabatur, quâ impetu facto  
ingrederentur speluncam ad se deuorandum. At ubi illi aliquandiu  
lapidem linxisserint, regressi sunt, eadem, qua venerant, viâ, in sua ana-  
tra. Summas igitur Deo agit gratias, qui tali cum metu liberasset, dor-  
mivitq, nonnihil, per noctis reliquum, absq, cibo diem sequentem tran-  
scens, nihilq, prater candorem niuis terram latè operientis, & lucem  
cali videns. Secundâ & tertîâ nocte, horâ eadem, reuersi serpentes fe-  
cerunt similiter, & abierunt. Tum demum credidit naturales serpen-  
tes, sed mirabatur, quidnam ita lapidem lingerent. Iam penè viribus  
destituto incidit cogitatio, quòd forte animalia illa ostenderent, quid sibi  
faciendum esset, in sua necessitate; tumq, ad lapidem accedens caput  
eundem similiter lingere, & ecce (res stupenda) inter lingendum, ita  
fuit restitutus quasi cibo refectus. Tali itaq, modo, totâ hyeme, sub rupe,  
lascians contra frigus & famem se defendebat, donec, in fine Aprilis,  
niue solutâ, peruys iam factis alpibus, quosdam audiret in vicino collo-  
quentes, ijsq, se comitem præbuit ad peregrinationem suam complendam.  
 Hæc Richeomus.*

Ergo, si vult Deus, serpentes, quos in aliorum supplicia-  
immisit, in auxilia immittit aliorum. Nullius igitur temeritas

*accusare*

I V.

accusare debet Mundi Conditorem, quod noxia animalia creari;

S. Augustin. quemadmodum Manichaeus quidam, apud D. Augustinum, sim-  
tract. I. in plici cuidam Catholico, Deum malum esse, persuasit, quod mu-  
Ioan. scas, quas ille tunc infestas patiebat, condidisset. Hunc erro-  
rem fusè impugnat S. Chrysostomus, S. Edmundus, S. Damasce-  
nus, Philo, &c alij. Nemesis sunt ista: *Si aliqua sunt, quæ fructu no-*  
S. Chrys. *ferant, contraria perniciem homini important, sciendum est, cum que-*  
hom. 12, ad *ad hominum usus valent, primario loco creata essent, tum cetera omnia,*  
pop. S. Edm. *queæ natura ferebat, esse condita; ut ne res illa, que fieri posset, ab hoc*  
in Speculo *opificio abesse. Quanquam ne ista quidem planè eiusmodi sunt, ut mul-*  
Eccl. cap. 6. *lam ex ijs homo utilitatem capiat. Nam etiam venenata bestia emolu-*  
tom. 5. Bi- *mentum illi faciunt, propterea quod eis ad curanda vulnera ab illis ipsi*  
blioth. Da- *illata ceterosq; morbos sanando abutitur. Tales sunt theriaca quedam*  
mascenus 2. *compositiones, que vocantur, quas ratio excogitauit, ut per eas etiam il-*  
Fid. cap. 10. *lis dominaretur, & velut à denictis hostibus commodum perciperet.*  
Phil. lib. de *Sed habet homo infinitas vires his contrarias à Deo acceptas, quibus*  
Promid. Ne- *arcere, & vlcisci & corriger eorum iniurias possit. Alia enim alios*  
mesius 1. de *usus habent, communiter tamen omnia ad hominis commoditatem na-*  
homine. c. 2. *tura conferunt, etiam illa, quorum alioqui nulla utilitas appareat. La-*  
Lactant. lib. *stantius proposita hac Stoicorum, vt ait, responsione: Quod nim-*  
de Ira. c. 13. *hil sit, cuius non sit aliqua utilitas, tametsi occulta plerumq; lateat, &*  
Deut. 32. 37. *ideò purgari Deum à calumnia, ex rerum noxiarum productio-*  
Psal. 90. 13. *ne ipsi illata, scribit, hanc responsionem esse ineptam, & respon-*  
*dendum potius fuisse, istiusmodi mala facta fuisse, ut homo habe-*  
*ret, in quo datam sibi sapientiam & rationem exiceret. Est qui-*  
*dem hæc aliqua etiam ratio, sed tamen neque Stoicorum respon-*  
*sio est rei cienda, quam tot SS. PP. & ipsæ experientiæ approbaue-*  
*runt. Certè documenta & medicamenta ab eiusmodi bestijs*  
*habemus. Si Scorpij malum est venenum, est & oleum Scorpij*  
*bonum. Quin idem Scorpis dum sauciat, sanat, si, in ipso iđtu,*  
*vulneri facto interatur. Certè qui dixit: Dentes bestiarum immi-*  
*tant in eos: cum furore trahentium super terram atq; serpentum; idem.*  
*etiam dixit: Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis*  
*leonem & draconem.*

## V.

Supra n. 2. & De dracone victo & contemtim interfecto, historia Da-  
3. Dan. 14. nieli Prophetæ loquitur. Et de serpentibus, paulo supra docui.  
Io. Euirat. in Idem etiam Daniel interfamiliorum leonum rictus, in lacu, il-  
prat. Spir. c. laesus mansit. Abbas Sergius leoni, in viaiacenti, panem porrexit,  
125. & recede-